

Scriptura sacra ak  
cum fonte primo

De statu suo Dauid cadente nemo  
superbiat; de lapsu eciam suo Dauid  
surgente nemo desperet.  
Ecce quam mirabiliter scriptura sacra  
eodem uerbo superbos premit quo uerbo  
humiles eleuat! Vnam namque rem  
gestam retulit et diuerso modo superbos  
quidem ad humilitatis formidinem,  
humiles uero ad spei fiduciam reuocauit.  
O inestimabile noui generis  
medicamentum quod uno eodemque  
ordine positum et premendo tumencia  
exsiccat, et subleuando arencia infundit!  
De malorum nos lapsu terruit, sed de  
reparatione roborauit.

Gregorius libro XXXIII. moralium  
capitulo X.

De statu ergo suo Dauid cadente, nemo  
superbiat. De lapsu etiam suo Dauid  
surgente, nemo desperet.  
Ecce quam mirabiliter scriptura sacra  
eodem uerbo superbos premit, quo uerbo  
humiles leuat. Vnam namque rem  
gestam rettulit, et diuerso modo superbos  
quidem ad humilitatis formidinem  
humiles uero ad spei fiduciam reuocauit.  
O inaestimabile noui generis  
medicamentum, quod uno eodemque  
ordine positum, et premendo tumentia  
exsiccat, et subleuando arentia infundit!  
De maiorum nos lapsu terruit, sed de  
reparatione roborauit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 33,  
12 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
pp.1693-4, ll.61-70).